CLEMENS PP. XII.

Universis Xpifidelibus pntes lras inspecturis Salm, et Aplicam ben. Cum sicut accepimus in Ecclia Cathedrali Vladislavien Sacra prima Synodus proxe diem, Benedicente Domino, celebranda sit. Nos ut opus tam pium majori cum fructu fiat, et ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem coelestibus Ecclie thesauris pia charitate intenti, oibus utriusque Sexus Xpifidelibus vere poenitentibus, et confessis, ac Sacra Coione refectis, qui pdam Ecclesiam die, qua dcta pma Synodus inchoabitur ac in omnibus, et singulis actualis illius celebrationis diebus devote visitaverint, et ibi pro Xpianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclie exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel tantum omnium peccatorum suorum Indulgentiam, et remissionem misericorditer in Dno concedimus. Pntibus post celebrationem dctae Synodi minime valituris. Volumus autem, ut si pro impetratione, pntatione, admissione, seu publicatione pntium aliquid, vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, pntes nullae sint. Datum Romae apud Sctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVij Julij MDCCXXXIX Pontus Nostri Anno Decimo.

Gratis pro Deo, et ejus Scra

D. Cardlis Passioneus

1739